



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320349>

4

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. CTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS MOOLENBURGH,

ex pago Zonnemaire.

A. D. VIII OCTOBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE,
MDCCCLI.

THE

MEMOIRS

OF

CHARLES

DE

LA

ROCHE

BY

THE

PARLIAMENT

OF GREAT BRITAIN

AND

OF IRELAND

PRINTED BY GIBBEN & DUMONT.

THESES.

I.

NON assentior VINNIO, statuenti actiones ex maleficiis rei persecutorias, contra heredes in solidum dari.

II.

ULPIANUS in l. 27 D. de rebus creditis, non jus singulare civitatum significare voluit, sed jus commune omnium universitatum juris.

III.

Eas conditiones in testamento, quae tamquam impossibiles, pro non scriptis habendae sunt, non ex tempore

facti testamenti, sed ex tempore mortis testatoris dijudicandas esse, falso statuit SELL, Versuche im Gebiete des Civil-rechts, T. II, pag. 48 S. S.

IV.

In l. 8 Cod. de testamentis, verba »morbo oppressos» nulla emendatione indigent atque de testibus, ipso morbo affectis, intelligenda sunt.

V.

In art. 1768 C. C. potius legendum verbum »twee» loco verbi »éen.»

VI.

Communitas bonorum in matrimonio est modus acquirendi domini.

VII.

Satisfactio a marito, de qua agitur in art. 190 C. C. non ad eum titulum, sed ad sequentem pertinet.

VIII.

Ordo, quem secutus est Cod. Lud. Napol. quod spectat

ad agnitionem et legitimationem liberorum, praefertendus est ordini nostri C. C.

IX.

Pactum, quo statuitur conjugis alterius partem damnorum majorem futuram quam bonorum, contractum matrimonii irritum non reddit.

X.

Mulier, quae innupta litem instituit et pendente lite nubuit, indiget auctoritate mariti ad procedendum.

XI.

Conjux absentis, communitatem bonorum retinens, cautionem dare non tenetur.

XII.

Quod dicitur in art. 941 C. C. de testamentis, referri non potest ad donationes.

XIII.

Mandatum sine expressa voluntate non tantum suscipi, sed etiam dari potest.

XIV.

Jus retentionis, quod art. 1849 C. C. conceditur mandatario, non includit praeferentiam.

XV.

Privilegium, art. 490 Cod. merc. nominatum, spatio dierum viginti praeterlapso, non perit, sed exercetur secundum art. 1193 C. C.

XVI.

Non facio cum iis, qui putent bodemeriam, de qua agitur in art. 313 sub num. 9 Cod. merc. hoc loco esse bodemeriam ex necessitate.

XVII.

Mercator a iudice iudicium decoctionis rogato, ante rem iudicatam, desistere potest.

XVIII.

Minus recte in art. 62 Cod. Poen. ii, qui recipiunt res furtivas, adsimilantur furibus.

XIX.

Post separationem thori et mensae, homicidium a marito in uxorem commissum, propter adulterium, excusari non potest.

XX.

Jus Ordinum Generalium, Administros regios accusandi, cum civitati, tum ipsi regi prodest.

XXI.

Unicuique populo, cujus cives Londinum industriae specimen miserunt, certaminis incundi gratia, illud certamen prodest.

